

fundamentum, parietes, & tectum, vt sunt vni.
ta inter se.

Ad nonum.

Ad nonum. Respondeo argumentum esse à sensu diuisio ad coniunctum, seu à partibus diuisis ad coniunctas; totum enim non est materia, & forma, prout sunt separate, sed prout sunt coniunctæ. Adde quod argumentum non est in forma, totum enim ponitur in maiori, minori, & conclusione: aut etiam ad maiorem potest dici, quod materia & forma non vni sunt partes totius, at vni sunt ipsummet totum.

DECISIO.

*Num. 12.
Determinat
autem quod
totū diuin-
gatur à
suis parti-
bus etiam vni-
ante opus in-
tellectuum.*

Resolutio prima: Totum Physicum, seu essentiale, & substantiale (de hoc enim solo hic intendunt loqui authores) est distinctum à suis partibus, etiam vnius ante opus intellectuum; seu (vt rectius loquamur,) totum non est sua partes etiam vniæ; quod dico propter malam intelligentiam doctorum contrariaz opinionis, immo propter multis Scotis, qui in eo allucinantur, quod velint entitatem totius esse aliquam entitatem superadditam entitati partium, ita ut sint duas entitates in toto, entitas partium, & entitas totius; nam certè hac doctrina non est Scotti, sed haec eius est mens, nempe vt partes, dum induunt rationem totius, amittant vitem entitatem, & assumant nouam; ex partibus enim vnius sunt partes transfactæ, quæ sunt ipsummet totum.

Ex quibus patet, quomodo melius proponeretur statu controversia sub his terminis, an totum nihil sit aliud, quam suæ partes vniæ; quam sub illis ordinarijs, an totum distinguitur à suis partibus vniis: nam distinctio est inter ea, quæ sunt saltem in duero statu; at partes totius transfactæ in tertiam entitatem non retinente præcisè statum vniōnis, sed aliquid amplius dicunt, scilicet statu transfectionis: quare, vt dixi, proponi deberet controversia hoc modo: an totum sit quadam entitas, quam non habeant partes vniæ, antequam in tertiam transfeant entitatem? & resolutio nostra est quod sic, nimirum quod partes vniæ habeant unam entitatem, quam mutant, dum induunt rationem totius.

Prob. primi.

Probatur primo: Intima diuorum entium penetratio, quorum vnum se habet per modum actus, & aliud per modum potentie, diuersam constitutit entitatem ab entitate partium non penetratarum, seu non transactarum, sed totum sunt partes transfactæ, & partes quocunque modo sumuntur, dummodo non sint transfactæ, non dicuntur penetratae, nec penetrantes se in uicem, etiam si sint vniæ; quia vno illa penetrationem substantiae non importat, sed tantummodo vniōnem: at aliud est duo aliqua vniæ inter se, & aliud se se penetrare, nam penetratio dicit aliquid amplius, quam vno, ergo totum & partes etiam vniæ sunt diuersa entitas; Confirmaturque, ita se habent, ceteris partibus, partes non transfactæ ad transfactas, sicut se habera aqua ad vinum, in vinum non adhuc conversa, seu transfacta, sed entitas talis aquæ est diuersa ab entitate illius aquæ in vinum conversa: aut evidenter pone Exemplum in duobus li-

quoribus qui primo vniuntur inter se, & postea in tertiam transfeant entitatem, nimirum in tertium liquorē.

Secundo Probatur Resolutio, difficultissimum erit salvare, quomodo homo absolute dicatur corporeus, item quomodo dicatur intelligere, nisi detur illa transactione partium in tertiam entitatem, nam quandoquidem homo non habet quantitatem, nisi ex parte materia, nec intellectum, nisi ex parte animæ, certè male totus homo dicetur corporeus, & totus intellectivus, nisi hoc haberet per transactionem partium in illam tertiam entitatem, per illam, inquam, transactionem ex parte materia, quantitas communicatur toti homini, & per transactionem ex parte animæ intellectivum communicatur toti homini: sicut secundum admittentes species visuales, idèò tota visio est vitalis, & tota visio, est visio v. g. albi, licet non habeat à specie sensibili vitalitatem, nec à potentia, quod sit visio albi, attamen tota visio est vitalis, & est visio albi, sed unde hoc, nisi quia illa actio scilicet concursus speciei visualis, & concursus potentie quasi transfeant in tertiam entitatem concursus, & ob id visio dicitur tota vitalis, & tota visio albi, ita in allato casu.

Tertio. Quod est vnum, & identitatem im. portat, non est illud, quod est plura, nec identitatem importat, sed compositum Physicum est verè vnum habetque identitatem, partes vero etiam vniæ sunt plura, nec habent identitatem, nam materia etiam vniæ forma non identificatur cum forma; at certè vt vnum aliquid tertium individuum constituant, debent identificari inter se.

Respondent Aversa partes esse plura particula, & totum vnum totaliter constitutum ex partibus, & ita non est vnum simplex: sed hoc non satisfacit, nam nisi partes haberent identitatem in illo toto, iam non essent de intrinseco concepto totius. Deinde quodlibet totum Physicum est verè vnum eus totale simplex, alioquin quodlibet totum Physicum esset plura entia totalia, vt hoc igitur eviteretur, dicendum est partes vniæ in illam tertiam simplicem Physicam entitatem transire. Deinde si sufficeret quod totum Physicum diceretur tantum vnum totaliter, non vero vnum simplex, ex duobus rationibus: ex Physicis v. g. ex boue, & asino, posset consti- tui vnum totum Physicum, quod diceretur vnum totum totaliter, non vero simplex, quod nemo dixerit.

Quarto. Illud, quod est per se in prædicatione substantia, dicit aliquid præter materiam & formam vniæ: sed compositum Physicum est per se in prædicamento substantia, ergo dicit aliquid præter materiam & formam vniæ, minor patet, maior probatur, quia materia sola non est per se in prædicamento, cum sit pars, nec similiter forma, nec vtrique simul, quia similitas illa, cum sit vno, & illa vno aut nihil sit absolum, adueniens partibus, vt ostensum est, partitione superiori, aut quamvis esset aliquid, se ferat habere ad partes tantummodo vt quo, at quod se habet vt quo, & quod est diminuta magis entitatis, non est in causa, cur aliquid per se ponatur in prædicamento, ergo, &c. aut illa